23

HOMO IN SINGVLARI DVALIS, NEC DISSYLLABVM TANTVM ET BIPES ANIMAL, VT VVLGARIS FERT FAMA, SED SVPRA VVLGI CAPTVM TOTVS ANCEPS ET DVPLEX, NEQVE VEL IBI SIMPLEX, VBI VIDETVR SIMPLEX ET SIMPLICISSIMVS.

NOVO DICHOTOMIAE ANATOMICAE SPECIMINE
DVALISTICO CONSPECTIOR FACTVS
IN
EPISTOLA,
QVA
VIRO
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO,
DOMINO
CAROLO PHILIPPO
DIEZIO,
DESIGNATO COPIARVM CIRCVLI SVEVICI MEDICO CASTRENSI,
DOCTORIS IN ARTE SALVTARI HONORES
GRATVLATVR

D. GEORGIVS FRIDERICVS SIGWART,
P. P. O.

TVBINGAE
LITTERIS SCHRAMMIANIS.

Quae leuior *non numquam videtur*, grauior *omnino ſaepius exſiſtit*, *luc*
cens & manſuetior Minerua, *quam* immitis *illa*, *ſui impotens*, clamoſa,
tumultuoſa, imperioſa, obſcura, *ex atrata bile amarulenta &* hypochondriac
ἑαυτῇ Φρόνιμος (Rom. XII, 16.), *ſibi ſoli ſapiens placenſque*, *ceteroſque*
modulo attemperari geſtiens, moroſe pia, *vel potius* impie pia, auſtera, hirſ
horrida; *ſub iſthac certe adfectatae grauitatis acerbitate longe* leuiſſima. *Flecti*
amice quidem clementerque flecti, *non violentius atque imperioſius cogi*, *vult hum*
tis natura. *Quo haec itaque* inhumanior, *eo illa eſt* humanior, *adeoque no*
ornatior, *naturaeque humanae* acceptior, *verum etiam multo* felicior *ad prae*
quaeque in veritatis morumque ſtudio magiſtra.

Vid. Philoſ. moral. medic. Sect. II. Cap. III. de ſuſpectis non ſuſpectae
dandis hominum moribus ſatirae oſoribus.

Quot homines, *tot capita* (reali puta effigie tales. Qui enim capite carent, hoc ſenſu *acephali*, eorum aut nulla ſunt, aut equidem nulla noui exempla, vt vt eorum, qui alio ſenſu *acepha-* *i* ſunt, atque ab eiuſdem familiae *bucephalis* paullulum diffe-unt, occurrant quam plurima. Sed hæc per parentheſin, rimam quidem, quæ veniam petit, & ſibi & ſequentibus laudatur *acephalis*!) *Quot*, repeto, *homines*, *tot capita*, *quot apita*, *tot ſenſus*, *quot ſenſus*, *tot* hominum de ſemet ipſis eteriſque *ſententiae*, *opiniones* verius dixerim. Nec noſtrae triuſque, *L. B.* de altero, nec de aliis, eaedem ſunt ſen-entiae. Saltem *per principium indiſcernibilium* non poſſumus on in iis diſcrepare. Suum enim cuique eſt ingenium, ſuus uique mos, ſua cuique propenſio. Immo ne haec quidem emper & vbique ſunt eadem, ſed alio tempore alia, & di-erſo ſaepe plane diuerſa. Id certe in memet ipſo experior, ecumque in ſe experiri poterit quilibet, in ſe deſcendens. dem vero experimur non ſemper ſatis iucunda ad nos atten-one, ſed moleſto ſaepius ſenſu. Noſtrapte enim culpa haud ro accidit, vt non optime ſimus variabiles Cauen-um etiam eſt, ne ex noſtris variabilibus aliorum metiamur ariabilia, ne ſuccenſeamus aliis, qui forte minus fauſte ex is noſtra metiuntur, ne, quia hoc facile vſu venit, no-ra ab aliorum mutabili natura nimis ſit remota. Ecce TIBI, uiſquis es, *primam* in edendis variabilis noſtri ingenii feti-

bus obſeruandam *regulam!* Hanc equidem in praeſenti moli mine mihi ſcriptam eſſe ſentio. Homo ſum, & meae quiden mentis homo, vt ſuae alius quiuis. Meae mentis, repeto adeoque humanae, &, quia humanae, variabilis etiam. Hin *variantibus* omnino *lectionibus* non potuerunt non eſſe conſpi cua, quæ in publicum adhuc emiſi. Verum illa variabilia v quoad rerum cardinem in vnum conſentirent, ambitioſe ſtu dui. Eadem deinde ambitione caui, ne meae ab aliorum *va riantibus lectionibus* iuſto recederent longius. Hodie, vt an tea, homo, & meae mentis homo, pro variabili huius capa citate & impetu, alia iterum publicare non potero, quar quae ad aeque variabilem guſtum non plane vbique erun adcommodata. Sed ſtet ſua cuique variabilis iudicatrix indo les, modo mea ab iſta non nimis abludat! Variatur enin ſententiis in tanta rerum hominumque varietate. Minimi ſaepe momentis maximae fiunt inclinationes. Vertitur aetas vertuntur mores, leges, conſuetudines. *Alloeotica* ſunt vita genera & reginina.

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis.

Immutabilis tamen ſtat *veritas*. Conſtat, aeternumque ſi conſtabit, eadem ſemper *virtus*. Eo igitur collineemus, opor tet, oculos manuſque in omni noſtra πολυμαθεία. Eo colli neemus qualeſcumque noſtros adeo variabiles rerum variab lium inceptus, harumque rerum omnium actiones, verbo omnem noſtram πολυπραγμοσύνην. Eo, inquam, tendant inque id vnum omnia confluant quamuis variabilia noſtra ſtu dia, ad *veritatis* nempe & *virtutis* amplificationem, & ſalut vnice inde pendentis conſtantem *finem*, conſtanti & invaria bili dirigenda conſilio. Summa & immutabilis lex eſt, qua nos tantopere mutabiles in eo capiendo mutabiles eſſe no ſinit. En *alteram* huius *ſcriptiunculae regulam!* Aut male muta bilis ſum, aut, quidquid in praeſentia quoque mutabile i me eſſe ſentio, id vt intra immutabile illud centrum conſ ſtat, curare debeo. Curabo id etiam lubenter ex immutab li hoc meo, nec hodie demum capto, conſilio. Sed qua i

re

re ? Heic anceps haereo. Aliquid ſcribendi occaſionem ſubnatam eſſe video. Scribendum mihi eſſe, quod, licet variabile, a variabili tamen aliorum iudicio haud nimis abludat, ad metamque inſuper illam numquam variabilem tendat, pariter intelligo. Verum, quid ſcripturiens eo dirigendum ſcribam, non dum ſcio. Scio ſcribendam eſſe *epiſtolam.* Volo hanc *gratulatoriam*, idque ſummo prorſus iure. Nolo illam tamen vulgari more gratulatoriam, hoc eſt, vulgari laudationum luxurie fecundam, ſterilem rectius dixerim. Plane enim ſteriles eſſe deprehendo ſaepiſſime, quas fecundiſſimas arbitrantur, huiuſce modi epiſtolas. Nolo itaque meam iſtarum ſimilem: volo diſſimilem. Qua in re, adhuc ignoro. Eccur vero ignorem in tanta rerum cogitationumque de illis varietate? Mire varia & abundantiſſima eſt rerum exquirendarum copia. Mire igitur varia quoque & vberrima ſpeculationum de iſtis adfluentia. Cui inhaerere praeſtet, ambiguum eſt. Optio difficilis. Quid ergo tandem? Fluctuationis huius impatiens, filum ambiguitatis abrumpo, quo ipſo ducor ad omnium maxime ambiguum & commune ambiguitatis ſuſcitabulum. Ecquod vero illud, curioſulus quaeris. Noli, amabo, quaerere. Tute ipſe, egomet tecum, & nobiſcum quiuis alius, ſumus peruagatum illud & πολυθρύλλητον

varium & mutabile ſemper,

& certe non ſola femina, vti fama vulgaris, ſed iniuſta, & EVRIPIDEA in feminas habet iniuria, verum vtriuſque ſexus, & in vtroque cuiuſuis conditionis homo. Tantae eſt latitudinis ampliſſimus hic hominis character, quem ſemper & vbique exprimit conſtans ipſius inconſtantia. Quanam enim, quam hac in re, conſtantior deprehenditur? Proteus eſt, non tantum, vbi male eſt variabilis, ſed in vniuerſum vere talis, etiam non male mutabilis, ex ipſa humanitatis lege Vertumno mutabilior. Fluxa ipſius mens, Euripo mutabilior eſt cogitationum ipſius abyſſus. Amicitia & voluntas ſunt ambulatoriae. Incerta eſt certiſſime ipſius indoles, & ad ambiguitatem factus

 genius,

genius, nunc bono, nunc malo omine. Difficilis ipſi vlla in re mora. Conſtans ab vno ad alterum inclinationum tranſitus. Intus & in cute verſipellis eſt, quotieſcumque ipſi placuerit, & quando non placuerit? Temporum homo, cuius ingenium temporarium, animum ſubinde corpuſque mutans. Quauis hora, quouis horae momento, a ſe ipſo diuerſus, totus, quantus quantus eſt, *alloeoticus*, ſemper ex ancipiti rerum mutatione pendens, quia totus anceps. Eheu! heic ipſemet anceps haereo. Nobilemne dicam, an ignobilem, hunc humanae ambiguitatis characterem, ambigo. At quid ambigo? Ipſe ſic ambiguus ancepsque homo nunc nobili, nunc ignobili nomine, anceps eſt. Haec vero de variabili rerum humanarum ſtatu cogitata obſeruataque tam clara, tam certa ſunt, quam clarum certumque eſt, homines eſſe homines, ac proinde in finitorum, & propter hanc ipſam finitudinem in ſucceſſiuorum ſerie conſtitutos, adeoque ſucceſſionibus omni ex parte obnoxios. De hiſce qui ambigeret, male eſſet ambiguus, ad ſolem caecutiret, vel, ſibimet ipſi ignotus, ſtoica immutabilitatis fabula ſe ipſum deluderet.

Hac ſub ancipiti ſpeculationum mearum ambiguitate ille ipſe propius mihi ſe offert, quem, ambiguo animo conceptum, in ambigui huius ſchediaſmatis rubro poſui, *homo anceps*, *homo*, inquam, *non diſſyllabum tantum & bipes animal*, vt *vulgaris fert fama*, *ſed ſupra vulgi captum totus anceps*, *neque vel ibi ſimplex*, *vbi videtur ſimplex & ſimpliciſſimus*. Ecce *tituli originem* & *analyſin*! Quod ſi tamen hanc epiſtolam dixeris ambiguam, nil habeo contra. Sin autem eamdem eorum, quae mox dicentur, intuitu, pro monſtroſa habueris, vtpote capite, quam reliquo corpore, grandiorem, ſcias, ductam inde hanc ſimilitudinem mihi pulchram, ipſique, quod intendo, aenigmati videri congruentem. Interim tamen, ſi pauciora inter, pluribus hactenus, nec tamen ſine ratione dicta, & plura, paucioribus deinceps dicenda, diſtinxeris, non habebis amplius quod monſtroſi quid alere dicas. Supereſſet, vt de *vſu* ancipitis huius de ancipiti natura humana ſpeculationis non nulla

dderem. Verum in eo anceps eſſe nequeo, quod in ſe haud- uaquam eſt anceps. Quis enim ignorauerit, ac non potius ua ſponte ſenſerit, quanti ſit momenti ſua ipſius intelligere ncipitia? Quis non intellexerit, quanti referat, eorum cum uibus nobis res eſt, ancipitem intelligere indolem? Moralis hiloſophiae praeconibus *moralem*, reliquis Philoſophis *meta- hyſicum* & *phyſicum*, Theologis *theologicum*, Iure conſultis *uridicum*, Politicis *politicum*, relinquo excutiendumque com- nitto doctrinae hujus *vſum*. *Medicum* & *medico - chirurgicum*, *heoreticum* aeque ac *practicum*, alibi ſumam explicandum. Idem uoque ex iis, quae infra ſumus dicturi, intellectu haud erit ifficilis. Duo ſunt *cauſae*, quam tenebo & agam, *momenta*: *num* in dictae ambiguitatis humanae expoſitione, *alterum* in uius characteris demonſtratione ponendum. Vtrumque, quod acile praeuideo, multo eſt amplius, quam vt a pagellis prae- entibus capi poſſit. Breuius itaque vtrobique me expediam. Colligam characteris illius ſummam in pauculas, ſed numero- ioribus praedicatis conſtantes propoſitiones. His interſper- gam, non pleniores quidem demonſtrationes, at praecipua amen illarum fundamenta. Haec igitur, velim, reſpiciat LECTOR BENEVOLVS, nec prius, quam hæc rite ponderauerit, raeiudicata quadam opinione a vero abripi ſe patiatur in di- udicandis illis *hominis ancipitis praedicatis*, quae neutiquam, vt rimo quis forte adſpectu ſuſpicari poſſet, *ludicra* erunt, aut nere *ſatirica*, obiterque *iocoſa*, aut plane *fabuloſa*, aut deni- que *ἑτερόδοξα*, ſed *realia* omnino & *ſeria*, quantumuis hinc nde paullulum quoque *aequiuoca* & *παράδοξα*.

Prodeat itaque properante pede in orcheſtram homo mul- iplicis praedicati, *Homo* (vt *praedicata* illius, ſupra a limi- e iam exſcripta, repetam, filumque hinc ad cetera continuo uctu producam) *in ſingulari dualis*, *nec diſſyllabum tantum*, & *ipes animal*, *vt vulgaris fert fama*, *ſed ſupra vulgi captum otus anceps & duplex*, *neque vel ibi ſimplex*, *vbi videtur ſim- lex & ſimpliciſſimus*, totus anceps, anceps *quoad* vtramque ſui artem, *corpus* & *animam*, & quoad *vtriuſque communitatem*,

totus

totus anceps & *phyſice*, & *moraliter*, & vtroque modo ta *tecte*, quam *aperte*, itemque tam *realiter*, quam *ſymbolice*, ad oque tam *ſerio*, quam *iocoſe talis*, duplex in vno, & vnus duplici, tribus: ex vna parte *bicorpor*, ex altera *διψυχο* bianimis, ex vtraque totus *bis animal*, *bicorpor* quidem toto, a capite ad calcem, & ab imis vnguiculis ad ſummu vſque verticem, biceps ergo (ni hydra interdum ſit, v Herculea virtute edomanda), in capite non ſolum bis oculat (licet, altero clauſo, ſaepe vix monoculus, aut binis oc lis nil videns,, male oculatus, vel teſtis, vel alia ratione oculum vtrumuis otioſe conquieſcens, aut baſiliſcus plan ſed pulchre ita ſaepe etiam bilychnis & bigemmis) nec ſ lum bis auritus (parens proleſue, nunc male auritus, nu pulchre ita bipatens, nunc binis auribus non audiens, nunc vtramuis aurem dormiens, *cet.*) non, inquam, ſolis oculis a ribuſque aperte biforis & biformis, ſed & reapſe biling (cuius tamen lingua haud ſemper laete florens bifolium, ſ ſaepe ferrum bipenne, vnde, qui cautus eſt,

domum timet ambiguam Tyrioſque bilingues)

porro bis guſtans (lingua potius, quam intellectu) bis naſ tus (ſaepe naſutulus tantum, nam

non cuicumque datum eſt habere naſum)

διςεγκέφαλος, biuertex, bicornis, bifrons, bifaciatus, bic lor (& diſcolor, cui ſaepe neque color conſtat, neque vi tus) bidens (hinc ſaepe plus ſatis dentatus) bis vocalis (hi loquax, garrulus, dicaculus) bicameratus, bicors (inde d cors) bis guloſus (nec raro profundioris gulae gulo) di ſtricus (licet interdum monophagus) a natiuitate, ſexus aetatis reſpectu, bis naſcendus, bis natus, bis viuens, moriturus, bigener, gemellus, bis mas (& maſcule ſa duplex) bis femina, bis puer, vel puella, bis iuuenis l. vencula, bis vir l. mulier, bis ſenex l. vetula, valetudinis tuitu, bis ſanus, bis aeger, coniugii reſpectu bis caele bis coniux, numquam *μονόγαμος*, ſed ſemper *δίγαμος*, ad

que ſemper vel bimaritus, vel biuira, bimammis, bis haſtatus (licet μονόβελος) biualuis, δίδυμος, hinc bifer, biparus, bipater, bimater, bilaterus, bicoxus (nec μονόμηρος) in extremitatibus etiam bimembris, bicubitalis, bipalmis, bimanus, (ambabus ſua alienaque facile capiens & arripiens) bipes. Sed haec dictu nimis vulgaria & notiora, quam quae heic repeti mereantur. Viſne propiorem magiſque *anatomicam*, & ad ſollemniorem *anatomicae analyſeos* adornatam C. H. *dichotomiam?* En illam! *Duo* ſunt in vno duplicis homnis corpore organico *ſyſtemata vniuerſalia*, *duplicata* vtraque iterum vbique *particularia*: omnium princeps & primum *cerebroſo-neruoſum*; omnium vltima baſis *oſſeum*. In omnibus & ſingulis manifeſta duplicitas. Biformis itaque exſiſtit homo in corpore ſuo in vniuerſum biformi, biformis inquam, a primo molliſſimo cerebroſo ad ultimum vſque corporis ſui ſyſtema duriſſimum, oſſeum puta. Nominatim ergo exſiſtit bis cerebroſus, duplex in *cerebro* & *cerebello*, duplex in *medullari* compage *oblongata* & *ſpinali*, duplex in *neruoſo* proxime inde oriundo *ſyſtemate*, duplex in *muſculari*, duplex in *tendinoſo*, duplex in *vaſculoſo*, ſanguifero, ſerifero, limphatico, duplex in *glanduloſo*, duplex in reliquo interaneo molliori ſyſtemate, duplex per *viſcera* tantum non omnia, duplex adeo in duriori, tam cartilagineo, quam oſſeo, ſyſtemate. Vnum & vnum faciunt *duo*. Duorum concurſus facit *dualitatem*. Duo in vno conſtituunt *duplex*. Inde *duplicitas*. Quoniam vero non niſi ſimilia numerari poſſunt, *qualia*, & *duplicia* dicuntur *paria*. Neruorum, muſculorum, & reliquarum C. H. *partium paria* exſiſtere, docet Anatome. Eamdem *duplicitatem* manifeſtam reddunt φαινόμενα, in viuis obſeruanda. Proximum heic ſubit idque triſte *exemplum* curae meae commiſſi viri, *hemiplegiae* fulmine in dextro latere perculſi, indeque in eodem *paralytici* facti. Hic, per totum illud latus abolito motu voluntario, exſtinctoque ſenſationis organiſmo, exacte ita dimidiatus *ſemiparalyticus* adhuc iacuit: in altero autem latere pulchre viguit *ſyſtema*

)( )(*anima-*

animale. E. *duo*, E. eadem *diſtincta* in C. H. exſiſtunt *ſyſtemata animalia*, quorum vel vtrumque viget, vel alterutrum dumtaxat, vt in hoc exemplo, vel neutrum, vt in paralyticis ex vtraque parte, haud proſtrato interim, nec vna abolito, *ſyſtemate vitali.* Neque enim, licet abolitae ſint *ſyſtematis animalis functiones*, ſemper in eodem abolentur *functiones vitales.* Licet hoc videre in eodem ex *hemiplegia ſemiparalytico.* Quamuis enim *animale ſyſtema* per totum latus dextrum ſit exſtinctum: viget tamen in eodem *ſyſtema vitale.* Rubent, calent dextri lateris partes aeque, ac ſiniſtri, micant arteriae aeque viuide in illo, quam in hoc, ita quidem, vt numquam adhuc obſeruauerim pulſus diuerſitatem. E. non tantum duplex datur in C. H. *ſyſtema animale*, ſed & ab hoc diuerſum eſt *vitale ſyſtema*, pariter duplex. *Vita humana* omnino alia eſt *vita corporis humani*, alia *animae humanae*, alia *hominis*, quæ ex animae & corporis vita reſultat. Similem in modum recte & vtiliter diſtinguitur *mors corporis humani* a *morte animae humanae*, & ab vtraque *mors hominis*, in animae a corpore ſuo ſeparatione conſiſtens. Vnde patet, mortuum, nec amplius viuum, eſſe poſſe hominem, non dum mortuo, ſed adhuc viuo ipſius corpore, aeque, ac viua ſuperſtite ipſius anima. Patet vna, *mortem* quoque variam dari in homine non dum plane mortuo, & ante animae ipſius a corpore ſeparationem. *Hemiplegiae* inſultu tactum huius nunc *ſemiparalytici* latus ideo non prorſus emoriebatur, ſed vigebat in illo adhuc calor motuſque vitalis. Viuebat igitur aeger in dextro aeque, ac in laeuo latere *corporis vitam*, ſed non item *vitam hominis.* Sufflaminata enim erat tam lateris adfecti in animam ad producendas ſenſationes, quam animae in latus adfectum ad producendos motus voluntarios energia. Nihilo autem ſecius in altero interim latere non modo corporis, ſed *hominis* quoque, viuebat *vitam*, hocque modo vnius tantum lateris erat homo, tametſi corporis vita vigeret in vtroque. Hodie quum eum viſitarem, inueni, rediiſſe energiam adfecti lateris in ipſius animam, ex eoque hanc iterum ſentire. Rediit

itaque *ſenſatio*, non *ſenſus* ipſe, vt vulgo vulgares, ſed turpiter erronee, loquuntur *Pathologi*, in primis adeo *Pſychologiae* principiis hoſpites ac peregrini. *Senſus* enim neutiquam aboletur in apoplecticis, ſed *ſenſatio*. *Senſus*, deficiente licet *ſenſatione*, in anima manet ſuperſtes. Neque motus aboleri tam obiter, vt moris eſt, dici poteſt. Aboletur enim tantum *motus voluntarius*, neque ideo ſemper mox *vitalis* in ipſo corpore. Reſtituta in hoc viro paralytico dextri lateris in animum ipſius energia ad ſenſationem inde producendam, neceſſario in hoc quidem latere ille *hominis* iterum viuit *vitam*, ſed ex parte tantum. Deficit enim adhuc animae in hoc latus energia ad producendum motum voluntarium. Non dum itaque plane vtriuſque lateris exſiſtit homo, qui, vt integri *hominis* rurſum viuat *vitam*, optem, niſi contrarium ſtatuerit immutabilis Prouidentia.

Alterum, quod referri huc meretur, humanae huius *duplicitatis* argumentum praebet *ſudor vnius lateris*, de quo peculiaris exſtat diſſertatio PETRI IMMANVELIS HARTMANNI, Hal. Magd. 1751. habita, quam me non dum comparare potuiſſe doleo. Notabile huius rei exemplum praebet obſeruatio IACOBI SCHMIDII *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 126. pag. 287.* inſerta, indeque a MARTINO SCHVRIGIO in *Syllepſilog. Sect. V. Cap. II. §. XXVI. pag. 428.* translata, his verbis: *Sutoris Quedlinburgenſis vxor ſana & vegeta, vbi corpus a motu, vel adſumto ſudorifero calefiebat, in ſingulis ſiniſtri lateris partibus a capite ad calcem vſque ſudorem profundebat largiſſimum: in dextro vero latere ne minima ſudoris gutta, nec mador vmquam erumpebat, quod numquam aliter contigit. Quoties vero haec femina ex marito concipiebat, ſtatim toto geſtationis tempore ſudor per corporis partes in vtroque latere ordinarie prorumpebat. Exantlatis vero partus laboribus, eo ipſo momento dextri lateris pori concidebant, ac firmiſſime iterum claudebantur, adeo, vt ipſa ſudorem totius corporis pro infallibili conceptionis indicio haberet, & quaſi pro pathognomonico impraegnationis ſigno*

gno in ſe iam agnoſceret. Aeque memorabile mihimet ipſi notum eſt *exemplum*, *pueri* nempe Tubingenſis, quem, curſu per hortum accelerato, ſuperiore aeſtate aliquoties iucundo obſeruaui ſpectaculo, in vno latere rubore, calore & ſudore perfundi, altero pallente, frigidoque ac ſicco manente, ita quidem, vt ad lineam, per mediam faciem ductam, exacte alterum dumtaxat latus frontis, naſi, genae, labiorum, menti, intenſe rutilum, calidum, ac ſudore madidum conſpicere liceret. Haec talia luculenter ſane demonſtrant, hominem omnino eſſe *bicorporem*, ſeu duplici corpore praeditum, quorum alterum alteri ſimile, ſed ab eo tamen plane exactequi ſit diſtinctum. Verum *anceps* noſter homo non tantum *bicorpor* eſt, ſed & adeo *bianimis*. Altera haec *ancipitis* naturae humanae *duplicitas* magis fortaſſe *paradoxa* non nullis videbitur, quam ea, quam hactenus explicuimus. Quin neſcio an futuri ſint quidam adeo orthodoxi, vt heterodoxam illam eſſe vociferentur, *ancipitis animae duplicitatem* ipſius *ſimplicitati* repugnare opinantes. Sed haec eorum fere erit ſuſpicio, quibus, quae vel proxime a nobis abſunt, veritates ſaepius videntur remotiſſimae. Etenim ſuimet ipſius ignariſſimus, & ab ſemet ipſo remotiſſimus ſit, oportet, qui ancipitem iſtam animae ſuae indolem non ita perſpexerit, quaſi ea, quae oculis cernuntur. Equidem illam, vt mihi, ſic cuilibet alii adeo compertam & manifeſtam eſſe cenſeo, vt magnas acturus nugas mihi videretur, qui eam operoſe explicare ac demonſtrare adlaboraret. Ipſa hactenus expoſita *anceps* hominis *duplicitas* alteram hanc eiuſdem *duplicitatem* euidentem reddit demonſtratque. Ipſa, vt dixi, *αὐτοψία anatomica vulgaris* hominem ſiſtit bicorporem. Paria & duplicata eſſe, quae ſolitaria huic videntur, detegit *ſubtilior* hominis bicorporis *anatome*. Eumdem talem, vt pariter dictum eſt, nobis exhibent *obſeruata* in eo *Φαινόμενα* vulgaria & rariora. Non minus conſtat de conſtanti *corporis in animam* ſuam *energia*. Bicorporis itaque hominis in animam ſuam energia non poteſt non eſſe duplicata. *Duplex* in vniuerſum exſtat *organiſmus ſenſorius*;

vnus

rnus in dextro , alter in ſiniſtro latere , vterque alteri ſimi-
s , & exacte tamen ſimul ab eo diſtinctus. E. vna eadem-
ue , ex vtroque latere oblata , ſenſuum obiecta, non qui-
em in vtroque ; ſed tamen ex vtroque, ſentit anima. E. ea-
em *bis* illam adficiunt. E. licet eadem , ex arcana *ſenſationis*
ge ; non *bis* ſentiat , eadem tamen duplicata ſentiens, *dupli-*
s huius *organiſmi* vi , ab vtraque corporis parte profici-
ente , adficitur. *An* , vtrimque ita adfecta , acutius ſen-
t, quam ſi ex altera tantum fuiſſet adfecta? *Cur* porro, *bis*
lfecta iiſdem, eadem non *bis* ſentit ? *Cur* v. c. binis ocu-
s eadem obiecta bis oblata non bis videt , *cur* binis auribus
on bis audit? Nonne in hoc ipſa *anima ſimplicitatem* ſuam opti-
e demonſtrat? Nonne in hoc myſterioſae ſuae *ſimplicitatis* multo
iidentius multoque ad conuincendum potentius ſubminiſtrat
rgumentum, quam quae adhuc ſuas ipſorum animas heic non
idientes *Philoſophi* tam anxie quaeſiuerunt, quaeſitaque ſe re-
eriſſe fruſtra gloriati ſunt. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ, alibi ex-
itienda. Quae huc ſpectant, proſequor. Bis oblata licet ſe-
el ſentiat anima, bis tamen iis adficitur. Bis ita adfecta du-
icem a duplicato corpore experitur energiam. Bis non tan-
m binis oculis auribuſque, ſed ceteris quoque ſenſuum orga-
s, guſtus, olfactus, tactus ſtrictius dicti, Bacchi, Cereris,
eneris , irritamentis adficitur. Bis ergo ita vbique adfecta,
s patitur, nunc iucunde, nunc moleſte, prouti ſtimuli, vel
mulati organi, vel *ſtimulatae* ipſius ſentientis *animae* conditio
tulerit. *Duplici* huic virium duplicati C. H. *energiae* reſpon-
et certe *vis motrix* ipſius animae. Huius inde inductis muta-
onibus reſpondent *intellectus* operationes, intellectui obſequi-
a eſt *voluntas*. Haec *Pſychologia empirica* & *ſui intuitio* quem-
s edocet. Quo igitur vſque *bicorporis* hominis in animam
am energia progreditur, eo vſque haec quoque *duplex* exſi-
t. Praeter ambiguam hanc, & a potiori *paſſiuam*, ancipitis
imae humanae *duplicitatem*, ad quam manifeſtiſſima C. H. du-
citas organica nos deduxit, aliam illius, eamdemque priori
ntrariam , inuenimus *duplicitatem*. Neque enim *patiendo* tan-

 tum,

tum, ſed *agendo* etiam *anceps* eſt. *Animae energiae* obſequiο-ſum quoque eſt *corpus organicum.* Illius in hoc imperium no-modo in *motibus* corporis *voluntariis* ſeſe manifeſtat, veru-etiam haud raro ad ipſos *vitales* extenditur. Hoc iterum iterum-que a fidiſſima & propria abunde compertum habemus experi-entia. Aberrans a veritate *vis intelligendi* aberrare facit *volun-tatis* conamina. His bene vel male ordinatis, ordinate, ve-inordinate adficitur *vis motrix* animae. Haec, hac illaue ratio-ne excitata, perinde excitat *corporis vires.* His commouetu-corpus ipſum, nunc ab vtraque, nunc ab alterutra, nunc a-alterutrius aliquibus partibus. *Duplex* igitur animae in corpu-ſuum datur imperium, quia duplicatum illud eſt, & ex utro-que latere ei imperat. Neque haec illius *in agendo duplicita-ſimplicitati* eius aliquid derogat. Namque illa ipſa non difflu-it, ſed energiam ſuam dumtaxat diffundit. Vna eademque e-& anima & vis animae, per uniuerſum corpus ſuum regnan-Hoc ipſius veluti Dipolis eſt, in qua reginae inſtar reſidet-regnatque a dextris & a ſiniſtris. Iam iam itaque, ni omn-me fallunt, nemini amplius obſcurum eſſe poterit, homine-reapſe non tantum *bicorporem* eſſe, ſed etiam *bianimem*, adeo-que quoad vtramque ſui partem prorſus *ancipitem.* Verum quo-que, *quoad vtriuſque vnionem*, adeoque *totum*, eſſe *ancipitem* ſupra adſerui. Nec hoc adſertum minus euidens eſſe credo-Homo, quoad vtramque ſui partem anceps, vt integer & i-vtriuſque nexu pariter ſit anceps, neceſſe eſt. In hoc vtriu-que centro conſiſtunt, ab hoc vtrimque emanant, ad ide-pariter ab vtraque parte concentrica confluunt, qualiacumqu-adeo ambigua *ancipitis hominis* φαινόμενα, vt vt ſenſibus noſtri-obtuſis aeque, ac illa, quae in anima remotiora exſiſtunt, mi-nus obuia. Sed quae *bicorporis* noſtri organi beneficio no-attingimus, ea tamen ſaepius *ancipitis* noſtrae *mentis* acie-haud plane effugiunt. Quae ex demonſtratis ſponte conſe-quuntur, plurima ſunt, & , quae expendantur, digniſſim-Pauca attingam, quae heic intacta relinquere non poſſu-Homo totus anceps, anceps ab vtraque parte, vtriuſque pa-

t

tis ſtudioſus, aeque fauens a dextris & ſiniſtris, vtriuſque lateris homo, ſi placet, vtriuſque philoſophiae, vtriuſque theologiae, ſaltem vtriuſque medicinae. Ab humanitatis enim fluxa ſorte quis ſine rubore plane ſe eximi velit? *Iura* Gallis *les droits*, Germanis *die Rechten*, vtrimque a *dexteris* dicuntur. Hinc iurium periti illis quidem *Droituriers*, his autem *Rechtsgelehrte* adpellitantur, quaſi *a dextris periti.* Oppoſita adluſione illudunt *Medicis*, hoſque *ſiniſteriores* habent, adeoque eos dicunt *ſiniſtri lateris Doctores*, germanice *Doctors der lincken*, *linksgelehrte*, quum illi ſint *dextri Doctores* ſ. *Doctores a dextris*, *Rechtsgelehrte.* At at, *primo reſpondeo*, ironiam haec ſapiunt. Ironiae, *addo*, ironiis dignae ſunt. Illa ergo, *ſuperaddo*, noſtra irriſione non minus ſunt digna. Hinc ſubridendo *porro* pergo, omne ſimile claudicat. Et hoc *praeterea* claudicat ſane quam egregie. Vtrius enim, *nunc* quaero, lateris eſſe dixeris Theologiae Doctores? Num neutrius, an vtriuſque, an alterutrius, & ſi hoc, vtriuſnam? Cur de his taces? Certe ii nulla ratione prorſus excludi poſſunt. *Praeterea* pulchra quidem illa eſt *ſynonymia*, ſed, quod *vltra* addendum eſt, ceteris paribus. Omnes *inſuper ſynonymiae* in Eruditorum foro recte quoque dicuntur aequiuocae. *Decimo* videas haud paucos, qui a ſiniſtris ad res ſuas obeundas magis idonei ſunt & exercitatiores, vt in ſacris funditores Beniaminitae, adeoque re vera a ſiniſtris, quam a dextris, dexteriores. *Vndecimo* iuris ambiguitas aeque ludicra foret, niſi diſtingueres inter *ius* & *ius*, ac inter *iuris* & *iuris conſultos.* *Duodecimo* differunt omnino *droituriers* & *droitiers*. Differunt *decimo tertio* a dextris periti & dextre periti. *Decimo quarto* ſatis dextre periti non ſolum ſunt a ſolis dextris periti, ſed, quod ideo *decimum quintum* eſt, pro dexterioribus habendi ſunt, qui ab vtraque, hoc eſt, a dextris & ſiniſtris ſimul valent, adeoque, quod *decimo ſexto* loco ponimus, ad vtrumque in eo, quod fas eſt, ex vtraque, vel rerum, vel hominum parte, parati. Conſulto dixi: *in eo, quod fas eſt.* Sunt enim, quod *decimum ſeptimum* eſto, qui aliter ad vtrumque, ad fas puta & nefas, ſunt

parati. Hi certe, quod *decimum octauum* ſibi vindicat locum tantum abeſt, vt dextri ſint lateris, vt ne alterius quidem la teris dici mereantur, tametſi a dextris habeant nomen. Ne que vero de ſolis cauſarum forenſium actoribus mihi heic ſer mo eſt, ſed de quibuſuis in quouis foro veritatis & virtuti cauſarum Patronis. Hoſce, ita *decimo nono* concludo, omne omnino eſſe oportet ambidextros, vt, quod fas eſt, in omni bus rebus humanis ambabus adripere, quodque in illis eſt ne fas, aequimani, quoad licet, repellere queant. Exſurgit hinc omnem tollens ambiguitatem, *dichotomia* huius *dilemma* tale Quicumque vnius tantum, ſolius nempe dextri, lateris eſſ perhibentur, ii tamen, quod *viceſimum* eſt, aut (*ſec. n. 17.*) ancipites ſunt, & male quidem ancipites, aut, quod *viceſim primo* loco pono, glorioſe ſunt, & eſſe debent (*ſec. n. 19.*) non a dextris tantum, ſed vtrimque paratiores. Hinc, ita *vice ſimo ſecundo* loco pronuntio, in ſemet ipſos iniurii forent ipſ iurium periti, qui non niſi a dextris ſtare & accipere, adeo que a dextris tantum (*rechtsgelehrte, gelehrte der rechten* ſc. *Sei te*, ſeu *rechterſeitsgelehrte*) ſalutari geſtirent. Hinc, ecce *viceſi mum tertium!* praeter ſe in Medicos vna quoque forent iniurii ſi hoſce, quia non ſunt iurium periti (*gelehrte der rechten*) ſini ſtri lateris peritos (*linksgelehrte* ſeu *gelehrte der linken*) vel ipſ vocitarent, vel ab aliis vocitari vellent, perinde, ac ſi hi eo rum tegerent ſiniſtram, quum tamen ad id *Medicis* opus non ſit, &, quemadmodum horum conſilia ſiniſtra terra tegit ita illorum iudicia ſiniſtra alia tegant obtegantque ſatis ſuper que. *Viceſimum quartum* heic addit poëta Sulmonenſis, it canens:

Non bene coeleſtes impia dextra colit.

Quæ ergo, quæſo, illa *dextratio*, quae dexteritas? Sed hae tranſeant cum ſiniſtris! Ita vero, quod *viceſimum quintum* eſ concluſum, in propatulo eſt, quo nomine, quoque jure non tantum iurium periti, ut vtriuſque iuris, ita & vtriuſqu partis ſtudioſi ſint habendi, ſed etiam quilibet homo, qui

ei

eſt homo, vtriuſque lateris homo ſit, taliſque eſſe & poſſit & debeat, *Medicus* maxime, quod *viceſimum ſextum* idemque *ultimum* eſto, vt tandem ambiguam hanc humanae ambiguitatis cauſam propius ad τους τῶν ἰατρῶν παῖδας traham deuoluamque. Eheu! quam inſtabilis ſtatio, quam

male fida carinis!

Si vlla in re, in hac certe, quam maxime anceps eſt rerum hominumque ſtatus. Anceps eorum, qui Medici curae committuntur, valetudinis ratio. Anceps proinde etiam ipſius Medici ſub iſta conſiliorum ratio. Quiſquis vero hoc nomine ancipitia Medicorum pericula pro derídiculo atque oblectamento habuerit, is ſua ipſius ancipitia, prius deridenda, haud agnouerit, neceſſe eſt. Ego vero cum Collegis meis haudquaquam turpe mihi duco, publice & ſine rubore profiteri, Medicum eſſe hominem maxime ancipitem, & utriuſque partis hominem, multiplici quidem ex neceſſitate, & vel ex hac, quod quilibet homo, nec, ut vulgare habet inter nos brocardicum, ſola *femina, morbum bis patitur*, biſque patiens binis vbique vicibus totus, & quoad vtramque ſui partem, anceps nobis offertur curandus. Ab his ad alias revertor ambiguitates humanas. Homo (ita pergo) Dioſcurus, Caſtor & Pollux. Eſt, vbi ſit ſine contradictione monoceros bicorniger, non, qualem Moſen pictores vulgo pingunt, ſed qualem graphicis depictum coloribus nuperrime exhibuit feſtiuiſſimi vir ingenii, Cl. CAROLVS FRIDERICVS HOMMELIVS, in libello *de iure harlequinizante*, Atticis leporibus refertiſſimo. Conf. ALEX. ARNOLDI PAGENSTECHERI Diſſ. *de cornibus & cornutis*, rec. in *Act. Erud. Lipſ. Anno 1715. menſ. Mart. pag. 120. ſeqq.* Homo dimoerites, ſaepe diobolaris, bichordulus, nunc concordans, nunc diſcordans, bimetrus, diſticha pingens fingenſque, modo mollius biſyllabum, modo durior diphthongus, dipyros, dimachus, dipondius, academicus non tantum iuvenis, ſed

& ſenex, ſaltem dipondiarius, aequiore bilance ponderandus, morali & medica, nunc bifer, nunc bifur & duplifur, duplione dignus, biſpellio, bis gaudens, bis maerens ſuis alieniſque bonis maliſue, bis irritabilis, bis pacificus, bis blandiens, bis minans, bis nocens, bis iuuans, bis amans, bis inuidens, hinc *bis amandus*, *bis fugiendus*, bis laudandus, bis reprehendendus. Sic itaque homo binus in omnibus, vndique bigatus, duplus, & ſaepe numero duplicarius. Sed vltra multiplicare haec duplicata deſino, *tria* tantum addens hiſce *quaeſita*. *An* fruſtra homo factus eſt bicorpor? Ni fruſtra, (Deus enim & natura nihil faciunt fruſtra) *cur* corpore praeditus eſt duplicato? Vt, reſpondeo, ornatior eſſet, de quo pulchre iam expoſuit Chriſtianorum ille Cicero, LACTANTIVS, *de opif. Dei. Cap. VIII.* vt, quod maius eſt, ad ſuas in hac vita neceſſitates aptior eſſet atque expeditior, pluribuſque ſimul inſeruire poſſet, vt ita in peragendis rebus ſuis ad utrumque eſſet paratus, ut, vna ex parte laeſus, tamen vigeret ex altera, ut v. gr. hominis vitam viuere poſſet ſemimortuus, quemadmodum paralyticus ille, quem ſupra dixi, ex ſiniſtra parte hominis vitam viuit, *cet.* Num, quod *tertium* eſt *quaeſitum*, exuto euidenter craſſiori hoc corpore duplicato, anima ipſi data olim vtraque ex parte heres erit, an ex dimidia, an ex neutra? Ad hoc vel ipſe L. B. reſpondebit, vel ego reſpondebo alibi. Taceo quoque tectam illam, ſaxeoque bifidato cranio recluſam ancipitis hominis diploën. Serra enim ad illud diſſecandum nunc deſtituor, nec ſerram cum alio heic reciprocare conſultum duco. Mitto denique lubens qualiacumque alia a *bi* & *di* incipientia ancipitis hominis *dilemmata* & *diplomata*, quorum plurima eademque dictu longe digniſſima ſupereſſent.

Clauſulam generalioris huius *dichotomiae* faciat ſpectabilis adhuc in indiuiduo *dichotomia*, TVI, inquam, PRAENO-

BILIS-

BILISSIME CANDIDATE, ipſius *dichotomia.* Homo eſt homo. Homo, quia eſt homo, eſt anceps. Omnis igitur homo eſt anceps. TV homo es. E. quia es homo, es anceps. Ita mecum de TE ipſo ſentis. Sentis ita, quia id expertus es, &, quia ita ſatis es expertus, ab experientiſſimo propius iam abes. Ita mecum ſentiens, idem mecum in cathedra quoque inaugurali defendes, in hac inconſtantia conſtantior. Eum enim in finem TVAE, quam proprio Marte, in ambiguo minus ambigue militante, exhibes, diſſertationi meam hanc ambiguam ſubiicere volui diſſertatiunculam. In ancipiti res eſt, prout eam, noſque cum ea oppugnauerint aduerſarii. Ancipites erunt, nec alii eſſe poterunt. Pugnando contra nos negabunt, hominem totum eſſe ancipitem. Hoc vero verum veriſſimumque eſt adſertum. Hoc ergo negando non poterunt non ſe praebere ancipites. Quid tum, quum ipſimet uſque ſimus ancipites? Sed ad TE & TVAM laudabilem ſane naturam propius accedo. Glorioſo inſtinctu & conſilio anceps eras Philiater, pulchre dualis, nobilis dualiſta, qui, ut in anatomica dualis hominis diſſectione, ita in aliis quoque rebus medicis,

in duo diviſit, quidquid in orbe fuit,

medico nempe. Etenim ad nos quoque ſpectat tritum illud: *Diuide & impera*, ſalutari puta, hoc eſt, medico conſilio diuidenda & imperanda. Binus in vno, & vnus in duobus, eras in duobus profectuum TVORVM apud nos examinibus. Bino inde honore nunc dignus cathedram conſcendes inauguralem, anceps ancipitem, in eadem iccirco ad vtrumque vtroque ex latere paratus. Inde deſcendes adhuc anceps ad ancipites aegros aegriſque adſtantes. Precor, vt & heic ancipites inter miſeriarum humanarum caſus bene & feliciter anceps eluctetis, in eoque, quod ſupra dixi, immutabilis ſalutis noſtrae centro conſiſtas. Ita vero diuino adiutus

auxi-

auxilio, bene anceps & vtriuſque lateris Medicus eris, nunquam alterutrius tantum partis ſtudioſus, ſed vtrique aeque fauens, ab vtraque, & pauperum, & diuitum, aequa ſtans officioſitate, rite vbique ambidexter, aequimanus & aequanimis, ſicque bonis omnibus carus, & Angelus Medicus, totus ita amice & pulchre variabilis, nunquam tamen volubilis & circumuagus. Bene tandem, quod praeterire non poſſum, anceps eris in proximo circa Artem & Martem duali. Anceps cogita, vtrumque eſſe ancipitem. Bene ancipitem precor vtrumque. Precatus ita, tali TIBI vale dico conſilio: *Fide, cui fidas, vide*, vtrimque anceps, h. e. neutri & vtrique.

